medium ductum: *Augusto victore*, &c. regulæ organi, jambos anacreenticos dimetros omnes 18. literarum, epitoniis respondere. Versus ipsos quia ubiq; obvii non sunt ex pressinus

AUGUSTO VICTORE JUVAT RATA REDDERE VOTA.

25 Os i d i viso Metiri Limiteclio
26 Una Lege Sui Uno Manantia Fonte
27 Aonie Versus Heroi Jure Manente
28 Ausuro Donet Metri Felicia Texta
29 Augeri Longo Patiens Exordia Fine
30 Exiguo Cursu Parvo Crescenti Motu
31 Ultima Postremo Donec Vestigia Tota
32 Ascensus Jugi Cumulato Limite Cludat
33 Uno Bis Spatio Versus Elementa Prioris
34 Dinumerãs Cogẽs Aequali Lege Retenta
35 Parva Nimis Lõgis Et Visu Dissona Multum
36 Tempore Sub Parili Metri Rationibus Isdem
37 Dimidiũ Numero Musis Tamẽ Aequiparãtem
38 Haec Erit In Varios Species Aptissima Cantus
39 Perque Modos Gradib9 Surget Fecunda Sonoris
40 Aere Cavo Et Tereti Calamis Crescentib9 Aucta
41 Quis Bene Suppositis Quadratis Ordine Plectris
42 Artificis Manus Innumeros Clauditque Aperitque
43 Spiramẽta Probans Placitis Bene Consona Rythmis
44 Sub Quibus Unda Latens Properantibus Incita Ventis
45 Quas Vicibus Crebris Juvenũ Labor Haud Sibi Discors
46 Hinc Atque Hinc Animaeq; Agitant Augetq; Reluctans
47 Compositũ Ad Numeros Propriumq; Ad Carmina Præstat
48 Quodq; Queat Minimum Admotũ Intremefacta Frequenter
49 Plectra Adaperta Sequi Aut Placitos Bene Claudere Cantus
50 Jamque Metro Et Rythmis Praestringere Quicquid Ubique Est.

Ex quibus multa circa scripturam Veterum observari possunt inprimis Diphthongum Æ duabus literis expimi solitam; qui tamen mos non est cur rationem vincat, unius enim soni una litera esse debet. Sed de hoc Optatiano vel propterea fusius diximus, ut infra dicenda præoccuparemus; ubi versus Proteos ab eo compositos allegabimus. Prob.

25 Post martios labores,
26 Et Cæsarum parantes
27 Virtutibus, per orbem
28 Tot laureas virentes,
29 Et Principis trophæa;
30 Felicibus triumphis
31 Exultat omnis ætas,
32 Urbesque flore grato,
33 Et frondibus decoris
34 Totis virent plateis.
35 Hinc ordo veste clara
36 In purpuris honorum
37 Fausto precantur ore,
38 Feruntq; dona læti.
39 Jam Roma culmen orbis
40 Dat munera & coronas
41 Auro ferens coruscas
42 Victorias triumphis,
43 Votaq; jam theatris
44 Redduntur & Chorëis.
45 Me sors iniqua lætis
46 Solemnibus remotum
47 Vix hæc sonare sivit
48 Tot vota fronte Phœbi,
49 Versuque comta solo,
50 Augusta rite seclis.

DATO CAPITE VARIATIONES REPERIRE.

1 HOc in Complexionibus solvimus supra. De situs variationibus nunc: Sunt autem diversi casus. Caput enim Variationis hujus ant constat una re, aut pluribus: si una, ea vel monadica est, vel dantur inter Res (variandas) alia aut aliæ ipsi homogeneæ. Sin pluribus constat, tum vel intra caput dantur invicem homogeneæ vel non, item extrinsecę quædam intrinsecis homogeneæ sunt vel non.

2 Primum igitur capite variationis fixo manente numerentur „ res extrinsecæ; & quæratur variatio earum inter se (& si sint discontiguæ seu caput inter eas ponatur) præciso capite, per prob. 4. productum vocetur A. Si caput multiplicabile non est, seu neque pluribus rebus constat, & una ejus res non habet homogeneam, *productum A erit quæsitum.*

3 Sin caput est multiplicabile, & constat 1. re habente homogeneam, productum A multiplicetur numero homogenearum æquè in illo capite ponibilium, & *factum erit quæsitum.*

4 Si verò caput constat pluribus rebus quæratur variatio earum inter se, (etsi sint discontiguæ seu res extrinsecæ interponantur) per probl 4. ea ducatur in productum A, quodq; ita producitur dicemus B. Jam si res capitis nullam habet homogeneam extra caput, *productum B erit quæsitum.* Si

GOTTFRIED WILLIAM LEIBNIZ *Arte Cobinatora* LEIPZIG, 1666 THE WARNOCK LIBRARY Octavo